

NOUVELLE SÉRIE }
No. 25 } MANDATUM

PRO DICECESANÆ SYNODI SECUNDÆ CONSTITUTIONUM
PRÓMULGATIONE

JOANNES LANGEVIN,

*Miseratione divina et Sanctæ Sedis Apostolica gratia
primus Episcopus Sancti Germani de Rimouski.
Dilectissimis Cooperatoribus nostris, et om-
nibus dc clero filiis,*

SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN CHRISTO JESU

Nuper habitæ secundæ nostræ Synodi jam im-
pressæ sunt Constitutiones, quas nunc studio et me-
ditationi vestræ, dilectissimi Fratres, gaudentes offe-
rimus. Undecim sunt; prima vero viginti quatuor
capita complectitur.

Ista Statuta, tum ad propriam vestram vitam
sacerdotalem confirmandam, tum ad sacra munia rite
obeunda, tum ad quosdam in parœciis abusus exces-
susve reprimendos, tum denique ad promovendam
plebis nobis commissæ sanctificationem diriguntur.
Ante et per Synodum sedulo examinata et discussa
sunt, emendata et completa. Iterum ergo atque iterum
ea percurrite; in memoriam alto figite, in praxim re-
ducite.